Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



bellegerare et prædabit vir subito
vineam suam et subitus fructum suum
et non erit qui detrahat: quia os
dni locutum est. Cum deb
ambulabat omnis populus
in nomine dei sui: nos autem ambula
bimus in nomine dni dei nostri in æt
num et ultra. In die illa dicit
dns congregabo claudicantem: et
eam quam eiecerat collegi: et quam
afflixerat consolabor. Et ponam
claudicantem in reliquias: et eam
quæ laborauerat in gentem ro
bustam. Et regnabit dns super eos
in monte sion: ex hoc nunc et usq
in æternum. Et tu turris gregis
nebulosa filia sion usq ad te
venet: et venet primus principatus
filiæ hierusalem. Nunc quare merore contabescis
Numquid rex non est tibi: aut con
siliarius tuus periit: quia comprehe
dit te dolor sicut parturientem. Dole et satage filia sion
sicut parturiens: quia nunc egredie
ris de ciuitate: et habitabis in
agrone: et venies usq ad baby
lonem. Ibi liberaberis. ibi redi
met te dns de manu inimico
rum tuorum. Et nunc congregate si
super te gentes multæ: quæ dicunt
lapidetur: et aspiciat in sion
oculus meus. Ipsi autem non cognou
erunt cogitationes dni: et non
intellexerunt consilium eius: quia
congregauit eos sicut fenum area
surge et tritura filia sion:
quia cornum tuum ponam ferreum. et
ungulas tuas ponam æreas. Et
comminues populos multos: et
consecabis dno rapinas eorum. et
fortitudinem eorum dno omni terræ

Nunc vastabis
tis filia latronis: obsi
dionem posuerunt super nos:
in virga percutient maxillam in
dicis israhel. Et tu bethlehem
effrata parvulus es in millibus
iuda. Ex te michi egredietur qui
sit dominator in israhel: et egres
sus eius ab initio a diebus æter
nitatis. Propter hoc dabit eos us
q ad tempus in quo parturi
ens pariet. Reliquiæ fratrum eius
conuertentur ad filios israel. Et sta
bit et pascet in fortitudine dni
in sublimitate nominis dni dei sui
et conuertetur: quia nunc magnificabi
tur usq ad terminos terræ. Et erit iste
pax assyrius cum venerit in ter
ram meam: et cum calcauerit in domi
bus meis. Et suscitabimus super
eum septem pastores: et octo primi
tes hominum. Et pascent terram
assur in gladio: et terram nemrod
in lanceis eius. Et liberabit ab as
sur cum venerit in terram meam: et
cum calcauerit in finibus meis. Et e
rit reliquiæ iacob in medio po
pulorum multorum sicut ros a dno.
et sicut stillæ super herbam quæ non
expectat virum: et non sperat
filios hominum. Et erit reliquiæ
iacob in gentibus in medio popu
lorum multorum sicut leo in iumen
tis silvarum: et sicut catulus leo
nis in gregibus pecorum cum cu
ipsum pertransierit et conculcauerit et cepe
rit non est qui eruat. Et exaltabitur
manus tua super hostes tuos et omnes
inimici tui interibunt. Et erit
in die illa dicit dns: auferam equos
tuos de medio tui: et disperdam
quadrigas tuas. Et perdam ciuita